D.D. NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI,

QVONDAM COLLEGÆ
DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ,
PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Eccleſiæ Auſturicenſis, & poſt Canonici Pœnitentiarij Vallisoletanæ Eccleſiæ, & in eius Tribunali Sanctæ Inquiſitionis (Fiſcali Electi) iam Inquiſitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiſcatorum dictæ Inquiſitionis etiam Intitulati; demum Fiſcalis Electi pro Supremo Conſilio Sanctæ & Generalis Inquiſitionis, nunc eiuſdem Conſiliarij.

TRACTATVS III. TOMVS I.

DE

PROBATIONIBVS,

AD TITVLVM VII. LIBRI II. DECRETALIVM
GREGORII PONTIFICIS IX.

Ad Titulos de Confeſſis, Probationibus, Teſtibus, & Teſtibus cogendis.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæſtionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXII.

CVM [illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

APPROBATIONES Doctorum.

DOMINI D. RODRIGVEZ FERMOSINI Hiſpani, &c. Tractatum *de Probationibus* in duos Tomos diſtributum perlegi nihilque in eo improbandum reperi, ſiue quoad fidem, ſiue quoad mores actum Lugduni die 1. Iulij 1662.

FR. CYRILLVS MOREL Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus necnon Carmelitarum Lugdunenſium Prior.

IDem cenſeo infra ſcriptus Doctor Theologus.

FR. IOANNES ROBE' Ordinis Prædicatorum.

VIſa Doctorum licentia, & Approbatione per nos licet Typis mandari Tractatum, D. D. RODRIGVEZ FERMOSINI Hiſpani, &c. *de Probationibus* in duos Tomos diſtributum nihil enim continet contra bonos mores, Fidemque Catholicam Lugduni die 4. Iulij 1662.

DE NEVF-VILLE Vic. Generalis.

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,
IN TRIBVNALI VALLISOLETANO Sanctæ Fidei Inquiſitoris,
AD TITVLVM DE CONFESSIS.

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Ad titulum, de Confeſſis premiſſum ad Rubricam, & num.2.*
3 *Actor probat ſuam intentionem, Reus ſuam exceptionem.*
4 *Confeſſio facit legitimam probationem.*
5 *Confeſſus in iudicio qualiter habeatur pro iudicato, num. ſeqq.*
6 *Confeſſio habet vim probationis: & facta in iudicio plene probat, n.7.*
8 *Confeſſio in iure habet paratam executionem vbi de praxi procedendi, n.9. & 10.*
10 *Confeſſio habet executionem paratam, et ſententia tranſacta in rem iudicatam, numero 14.*
11 *Confeſſio dicitur probatio maior faciens rem manifeſtam.*
12 *Confeſſio ſuperat omne probationis genus.*
13 *Confeſſio tollit præſumptionem iuris, & de iure ſi ſponte fiat.*
15 L. proinde 25. §. finali, ff. ad leg. Aquil.
16 *Confeſſio rei ſponte in iudicio facta purgat vitium proceſſus.*
17 L. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæſtionibus.
18 *Confeſſus, & conuictus non appellat niſi confiteatur cum qualitate.*
19 *Confeſſus pro iudicato non habetur in aliquibus caſibus, & dupliciter conſideratur, num.21.*
20 L. 2. Cod. de cuſtodia Reorum.
22 *Confeſſio non nocet Confitenti ſi Iudici de eius innocentia conſtet.*
23 *Confeſſio in dubio præſumitur vera.*
24 *Confeſſio dicentis ſe occidiſſe hominem, ſi homo viuus reperiatur non nocet confitenti. Idem ſi confiteatur ſe ſtupraſſe Paulam, quæ Virgo reperitur. Et in alijs quando repugnat facti euidentia, n.22. & 23.*
26 *Torqueri quis nequit, nec incarcerari ſi de delicto non conſtet, & condemnatur Iudex contra faciens.*
27 *Confeſſio vt noceat confitenti debet eſſe ſpecifica, & non generica, & debet eſſe clara, expreſſa, & non in vero ſimilis, & verificata circumſtantiis, n.28. & 29.*
28 *Confeſſio dicentis ſe fregiſſe, caput, & oſſa inimici, cum in ſe dicitur impoſſibilis.*
30 *Confeſſio facta promiſſa impunitate qualiter noceat.*
31 *Confitenti datur breuis terminus vt dicat aduerſus confeſſionem, ſed denegatur ſi captus ſit in flagranti, vbi quod præter confeſſionem requiritur vt conſtet de delicto.*